

Henle Latin 1  
EXERCISE 6

1. Nautae terram laudant.
2. Nautae provinciam vident.
3. Maria silvās laudat.
4. Nauta silvās videt.
5. Nauta portam videt.
6. Provinciam nōn laudant.
7. Nautae Mariam laudant.
8. Victoriam laudant.
9. Nautae gloriam laudant.
10. Mariam laudat.
11. Provinciam videt.

## EXERCISE 13

1. Christianī orant.
2. Amicī Deī Christianōs laudant.
3. Christianī Filium Deī laudant.
4. Christianī Mariam laudant.
5. Nautae servōs nōn vident.
6. Servī Christianōs laudant.
7. Christianī servōs Deī laudant.
8. Gloriam Deī vident.
9. Christianī Christum laudant.
10. Maria et Christus amicōs Deī laudant.
11. Deus terram et silvās videt. Nautās et servōs et Christianōs videt.
12. Christianī Filium Mariae laudant.

## EXERCISE 17

1. Amicī Deī regnum Christī laudant.
2. Maria praemium et victoriam Christī videt.
3. Nautae caelum et terram vident.
4. Deus pericula Christianōrum videt.
5. Deus bella nōn laudat.
6. Servī Christī imperium Christī laudant.
7. Maria gloriam regnī Christī videt.
8. Filius Deī praemia Marīae laudat.
9. Nautae pericula bellī nōn laudant.

## EXERCISE 19

1. **Christus Deō gloriam dedit.**
2. Servīs gladiōs nōn dederunt sed nautīs gladiōs dederunt.
3. Nautae amicīs victoriam dederunt.
4. Deus amicīs Mariae praemia dedit.
5. Deus Filiō regnum dedit.
6. Christianī gloriam Mariae et Filiō Mariae dederunt.
7. Deus Christō terram dedit.
8. Nautae gloriam bellī laudant sed pericula bellī nōn laudant.
9. Provinciam amicō dedit.
10. Deus gloriam et victoriam Christianīs dedit.
11. Amicō gladium dedit.

## EXERCISE 24

1. "Estis filiū Deī."
2. Christus est Filius Mariae.
3. Christianī sunt servī Deī.
4. Caelum est praemium Christianōrum.
5. Maria est in Caelō cum Deō.
6. Bellum in provinciā est.
7. Sumus filiū Deī.
8. Amīcus Deī es.
9. Gallī sunt in Galliā, sed Romanī nōn sunt in Galliā.
10. Gallī sunt in oppidīs et in silvīs.
11. Romanī gladiōs Gallīs nōn dederunt.
12. Silvae in Galliā sunt.
13. Rōma nōn est in Galliā.

14. Propter bellum Gallī nōn sunt amīcī Rōmānōrum.
15. Gladiī sunt in oppidō.
16. Nautae estis.
17. Nautae in silvīs nōn sunt.
18. Cum amīcō in prōvinciā sum.
19. Silvae sunt post oppidum.
20. Nautae sunt Christianī.
21. In oppidō sumus.
22. Romanus servō praemium dedit.
23. Sunt Deī amīcī.
24. Christianus es sed servus Romanī es.
25. In Caelō nōn estis.

## EXERCISE 26

1. In tabulā vidētis Rōmam et imperium Rōmānōrum.
2. Rōmānī Rōmam incolunt.
3. Prōvinciās imperiī Rōmānōrum vidētis.
4. Galliam vidētis.
5. Rōmānī Gallōs in bellīs vicērunt.
6. Gladiī nōn sunt in oppidīs Gallōrum quod Gallī post bellum gladiōs Rōmānīs dedērunt.
7. Itaque post victōriās Rōmānōrum prōvincia in Galliā est.
8. Prōvinciam Gallī et Rōmānī incolunt.
9. Pericula sunt in silvīs Galliae, quod Gallī nōn sunt amīcī Rōmānōrum.
10. Gallī sunt servī Rōmānōrum, quod Rōmānī Gallōs vicērunt.
11. Itaque Gallī imperium Rōmānōrum nōn laudant, sed Rōmānī propter glōriam bellī imperium laudant.

## EXERCISE 34

1. Chrīstus est Rēx Rēgum.
2. Hominēs lūcem vident.
3. Nautae sunt hominēs.
4. Chrīstiānī vērītātem Christī laudant.
5. Lūx in silvās nōn est.
6. Rōmānī lēgem et vērītātem Christī nōn laudant.
7. Imperātorēs Rōmānōrum Gallōs vīcērunt.
8. Gallōrum ducēs lēgem et imperium Rōmānōrum nōn laudant.
9. Chrīstus est Rēx hominum quod Deus est.
10. Dux Rōmānōrum in Galliā est quod bellum est in Galliā.
11. Rōmānī imperātōrī et ducibus praemia dedērunt quod Gallōs vīcērunt.
12. Rōmānī ducēs et rēgēs Gallōrum vīcērunt.



## EXERCISE 36

1. Gallī Caesarī, imperatorī Rōmānōrum, praemia nōn dedērunt.
2. Servus vōcem Caesaris imperātōris audīvit.
3. Deus, Rēx Caelī et terrae, salūtem hominibus dedit.
4. Caesar, dux Rōmānōrum, vōcēs Gallōrum in silvīs audīvit.
5. Propter salūtem hominum Chrīstus est homō.
6. Chrīstus, Fīlius Deī, est Fīlius Mariāe.
7. Gallī, servī Rōmānōrum, Rōmānōs nōn laudant.
8. Chrīstiānī Chrīstum, Filium Mariāe, laudant.

## EXERCISE 41

1. Sunt perīcula in silvīs Galliae.
2. Nōn est pāx in Galliā quod Caesar cum mīlitibus in Galliā est.
3. Sunt viae in prōvinciā.
4. Populus ducem mīlitum propter virtūtem laudat.
5. Rōmānī viās in prōvinciā mūnivērunt.
6. Est pāx in Caelō.
7. Sunt Chrīstiānī in Caelō.
8. In pace et in bellō Chrīstiānī orānt.
9. Sunt mīlitēs in viā.
10. Caesar mīlitibus praemia virtūtis dedit quod Gallōs vicērunt.
11. Ducēs Gallōrum oppida mūnivērunt.

EXERCISE 46

1. Ducēs Rōmānōrum hostēs in colle vīcērunt.
2. Propter caedem mīlitum bellum in Galliā est.
3. Sunt perīcula in Galliā quod Gallī hostēs Rōmānōrum sunt.
4. Christus est rēx populōrum et salūs hominum quod Deus est.
5. Pars hostium in sīlvīs est, sed pars est in colle.
6. In Galliā sunt collēs et silvae et oppida et viae.
7. Rōmānī rēgēs et gentēs Galliae vīcērunt.
8. Propter salūtem populī et pācem prōvinciārum Rōmānī viās mūnīvērunt.
9. Hominēs virtūtem et vērītātem laudant.
10. Post caedem hostium Caesar mīlītēs propter virtūtem laudat.

## EXERCISE 52

Christus est rēx hominum sed est frāter hominum, et Deus est rēx hominum sed est pater hominum. Itaque hominēs sunt fratrēs. Itaque bellum est caedēs frātrum. Itaque Deus et Christus bellum nōn laudant.

### 2. Caedēs Gallōrum

Rōmānī partem prīncipum Gallōrum occīdērunt. Itaque Deus clamōrem mātrum et patrum et frātrum in silvīs et montibus Galliae audīvit.

### 3. In Galliā

In Galliā sunt silvae et montēs et collēs. Sunt oppida in collibus, sed pars gentium Gallōrum montēs et silvās incolunt.

### 4. Chrīstus, Dux Hominum

Chrīstus est dux hominum quod vērītatem et lēgem et lūcem hominibus dedit. Chrīstus est “Via” et “Veritas.”

EXERCISE 56

1. Propter vulnera milēs in agmine nōn est.
2. Imperātor vulnera mīlitum videt.
3. Sunt corpora in flūmine.
4. In Galliā sunt flūmina et silvae.
5. Rōmānī in itinere sunt.
6. Sunt hōstēs in silvīs et in montibus. Itaque in perīculō sumus.
7. Caesar agmen hostium videt.
8. Chrīstiānī nōmen Marīae laudant.
9. Agmen hostium in flūmine est.
10. Rōmānī Chrīstiānōs occidērunt quod Chrīstiānī nōmen Chrīstī laudant.

EXERCISE 59

1. “Estis lūx mundī.”
2. Propter salūtem hominum Chrīstus erat in mundō.
3. Chrīstus lūcem et lēgem et salūtem et vērītātem hominibus dedit.
4. Caesar, imperator Rōmānōrum, cum mīlitibus in Galliā erat.
5. Chrīstus est salūs mundī.
6. Servī nōmen rēgis laudant.
7. Agmen hostium in montibus erat.
8. Propter caedem prīncipum nōn erat pax.
9. Propter vulnera mīlitēs in itinere nōn erant.
10. Deus, pater hominum, virtūtem laudat sed bella et caedem nōn laudat.

11. Dux vōcēs servōrum et clāmōrem mīlitum audīvit.
12. Post bellum corpora erant in collibus et in flūminibus, et imperator clāmōrem mātrum audīvit.
13. Chrīstianī fratrēs Chrīstī et mīlitēs Chrīstī sunt.
14. Rōmānī partem prīncipum Gallōrum occīdērunt.
15. Gentēs et populī Galliae imperium Rōmānōrum nōn laudant.

## EXERCISE 65

1. Nunc sunt portūs in Galliā.
2. Post adventum Rōmānōrum bellum erat in Galliā.
3. Caesar cum equitātū in prōvinciam vēnit.
4. Caesar autem cum exercitū nōn erat.
5. Propter metum Rōmānōrum Gallī in silvās vēnērunt.
6. Nautae portum vident.
7. Senātus Caesarem laudat quod Rōmānī hostēs vicērunt.
8. Impetum in hostēs fēcērunt.
9. Post adventum equitātūs mīlitēs impetum in Gallōs fēcērunt.
10. Gallī in colle erant. In Gallōs autem Caesaris mīlitēs impetum fēcērunt. Ducēs et prīncipēs Gallōrum occidērunt et Gallōs vicērunt. Post bellum, propter metum Caesaris, hostēs impetum in Rōmānōs nōn fēcērunt.
11. Gallī senātum occidērunt.



EXERCISE 67  
Caedēs Chrīstiānōrum

1. Post Chrīstī adventum lūx vēritātis in mundō erat, sed Rōmāni amīcī Chrīstī et vēritātis nōn erant.
2. Chrīstiānī autem amīcī Chrīstī erant.
3. Erant multī<sup>1</sup> Chrīstiānī in imperiō Rōmānōrum.
4. Erant in portibus et in oppidīs prōvinciārum et in silvīs et in montibus.
5. Erant in exercitū et in equitātū et in senātū.
6. Erant servī et mīlitēs; erant mātērēs et patrēs, Gallī et Rōmānī.
7. Propter metum autem Chrīstī Rēgis et propter nōmen Deī Chrīstiānōrum Rōmānī Chrīstiānōs occīdērunt.

8. Post caedem Chrīstiānōrum, Rōmānī nōn erant amīcī et servī Deī.
  
9. Chrīstiānī autem, quod Rōmānī Chrīstiānōs propter lēgem Chrīstī occīdērunt, nunc in Caelō sunt cum Mariā et Chrīstō et glōriam Deī Patris vident.

## EXERCISE 72

1. Mīlitēs in aciē erant.
2. Rōmānī Chrīstiānōs propter fidem occīdērunt.
3. Mīlitēs spem victōriae in virtūte posuērunt.
4. Rōmānī in aciem hostium impetum fēcērunt.
5. Gallī aciem Rōmānōrum in colle vident.
6. In Chrīstō est spēs mundī.
7. Deus Chrīstiānōs propter fidem et virtūtem laudat.
8. Mīlitēs rem vident.

EXERCISE 76  
“Castra Rōmānōrum”

1. Vidētis exercitum Rōmānōrum in castrīs.
2. Vidētis mīlitēs et ducēs et imperātōrem.
3. Vidētis gladiōs mīlitum.
4. Impedīmenta nōn vidētis, sed impedīmenta sunt in castrīs.
5. In castra est cōpia omnium<sup>1</sup> rērum.
6. Mīlitēs castra in colle posuērunt sed nōn in silvīs.
7. In castra agmen cum impedīmentīs vēnit.
8. Hostēs autem impetum in castra fēcērunt, sed cōpiae Rōmānōrum hostēs vīcērunt.
9. Nunc imperator mīlitēs et ducēs propter virtūtem laudat, et ducēs propter victōriam grātiās mīlitibus agunt.
10. Propter victōriam imperator in grātiā cum senātū vēnit.

EXERCISE 77

1. Gallī erant hostēs Rōmānōrum.
2. Itaque Rōmānī cum cōpiīs in Galliam vēnērunt et castra posuērunt.
3. In castrīs erant mīlitēs et equitātus et servī et mīlitum impedimenta.
4. Cōpia gladiōrum in castrīs erat.
5. Erant aciēs in collibus et montibus et silvīs.
6. Gallī in Rōmānōs impetum fēcērunt; Rōmānī autem in Gallōs impetum fēcērunt.
7. Rōmānī spem victōriae in virtūte posuērunt; Gallī spem salūtis in virtūte posuērunt.

8. Rōmānī autem Gallōs vīcērunt; partem prīncipum et ducum Gallōrum occīdērunt; portūs et oppida Gallōrum cēpērunt (captured).
  
9. Itaque Gallī cōpiam gladiōrum et servōrum Rōmānīs dedērunt.
  
10. Post bellum erat pāx in Galliā, sed erant castra Rōmānōrum in Galliā et Gallī servī Rōmānōrum erant.
  
11. Imperātor Rōmānōrum erat Caesar.
  
12. Senātus propter victōriām et militum virtūtem Caesarem et exercitum laudat, et Rōmānī Caesarī grātiās agunt.

EXERCISE 80

1. Chrīstus, Fīlius Deī, est filius Marīae.
2. Itaque homō et Deus est.
3. Chrīstus Rēx hominum est quod Deus est.
4. In Christō est salūs hominum, quod, propter salūtem hominum, in mundum vēnit.
5. Est “Lūx Mundī” quod hominibus vēritatem dedit.
6. Itaque Chrīstiānī grātiās Deō et Christō agunt, et Christum, Rēgem et Imperātorem, laudant.

## EXERCISE 83

1. Deus, pater hominum, in Caelō est.
2. Deus lēgem hominibus dedit.
3. Propter salūtem hominum Chrīstus homō in terrā erat.
4. Chrīstus est lūx mundī.
5. Chrīstus, Filiūs Deī, est rēx gentium et populōrum.
6. Post adventum Chrīstī, vērītās erat in mundō.
7. Spīritus Deī in Chrīstō erat.
8. Rēgnum Chrīstī est rēgnum Caelī.
9. Chrīstiānī in nōmine Chrīstī ōrant.
12. Caelum est praemium virtūtis.
13. Deus fidem Chrīstiānōrum laudat.
14. Frātrēs estis.
15. Amīcus est amicī servus.



16. Mīlitēs pācem laudant.
17. Rōma nōn est in Galliā, sed prōvincia Rōmānōrum est in Galliā.
18. Gallī Galliām incolunt.
19. Nautae portūs vident.
20. Rōmānī viās in provinciīs mūnīvērunt.
21. Chrīstiānī caedem prīncipum hostium nōn laudant.
22. Caesar imperium Galliae Gallīs nōn dedit.
23. Imperātor clāmōrem et vōcēs hostium audīvit.
24. Propter vulnera mīlitēs iter nōn fēcērunt.
25. Propter metum dux rēgem laudat.
26. Propter bellum erant mīlitēs et cōpia gladiōrum in oppidō.
27. Hostēs in montibus et collibus erant.
28. Corpora militum in silvīs erant.

29. Partem equitātūs in flūmine occīdērunt.
30. Senātus et prīncipēs exercituī propter victōriam grātiās agunt.
31. Rōmānī spem in virtūte posuērunt.
32. Caesar cum cōpiīs et impedīmentīs in castra vēnit.
33. Propter grātiām Caesaris prīncipēs Gallōrum servōs Rōmānīs dedērunt.
34. Hostēs erant post aciem Rōmānōrum. Equitātus autem in aciem vēnit. Itaque Rōmānī hostēs vīcērunt et occīdērunt.
35. In silvās Galliae Caesar venit. Prīncipēs autem Gallōrum rem vidērunt.<sup>2</sup> Itaque impetum in agmen Caesaris fēcērunt.
36. Mīlitēs in aciē ōrant quod in perīculō sunt.

EXERCISE 86

1. Multī Chrīstiānī in primā aciē erant.
2. Sāncta Marīa ōrat.
3. Longum agmen in altōs montēs vēnit.
4. Nauta malus nōn ōrat.
5. Dux bonus magnam virtūtem mīlitum laudat.
6. In longō agmine multī mīlitēs et impedīmenta sunt.

EXERCISE 89

1. Lēgiōnēs Rōmānae prō castrīs erant.
2. Sāncta Marīa prō hominibus malīs et bonīs ōrat.
3. Multī Gallī prō portīs castrōrum erant.
4. Prīncipēs prō mūrō altō erant.
5. Mīlitēs Rōmānī prō mūrō oppidī magnī castra  
posuērunt.
6. Chrīstiānī prō amīcīs ōrant.
7. Prō rēge bonō mīlitēs impetum in hostēs fēcērunt.
8. Erat magna inopia frūmentī in Galliā.
9. Reliquī mīlitēs Chrīstiānī in prīmā aciē prō silvīs  
erant.
10. Servī dominum bonum laudant.

## EXERCISE 90

Erat magna inopia frūmentī in castrīs Rōmānīs quod Gallī Rōmānīs cōpiam frūmentī nōn dedērunt et frūmenta in Galliā nōn erant.

Gallī nōn erant amīcī Rōmānōrum. Itaque Caesar cum cōpiīs et impedīmentīs in Galliam vēnit.

Agmen Caesaris longum erat. Via in angustīs et altīs montibus erat.

Itaque Gallī impetum in longum agmen fēcērunt, sed Gallōs legiōnēs Rōmānae vīcērunt.

Itaque in oppidum tūtum vēnērunt reliquī Gallī. Rōmānī autem castra prō mūrō altō posuērunt.

Prīma aciēs Caesaris prō castrīs erat. Gallī autem propter magnum metum Caesaris impetum in castra Rōmāna nōn fēcērunt.

Itaque Rōmānī impetum in Gallōs fēcērunt et Gallōs vīcērunt. Multōs Gallōs et magnam partem principum Galliae occīdērunt.

Post victōriam Caesaris erat pāx in Galliā. Itaque Gallī magnam frūmentī cōpiam Rōmānīs dedērunt, et nōn erat inopia frūmentī in castrīs Rōmānīs.

\*\*\*\*\*

## EXERCISE 92

1. Agmen *longum* erat.
2. *Reliqui* Gallī tūtī nōn erant.
3. Mīlitēs *Christiānī* prō imperātōre bonō impetum in hostēs fēcērunt.
4. Via angusta *erat*.
5. *Longum* agmen in montēs altos vēnit.
6. *Prima* legiō in aciē erat.
7. *Magna* frūmentī inopia in *reliquīs* gentibus erat.
8. Hominēs *malī* prō reliquīs hominibus nōn ōrant.
9. Sunt *multa* flūmina in Galliā.
10. Dominus, homō *bonus* et sanctus, servīs frūmentum dedit.
11. Legiōnēs Rōmānae in aciē prō mūrō *alto* erant.

EXERCISE 98

1. Gallī glōriae cupidī erant.
2. Fīlius similis patris est.
3. Gallī fīnitimī erant prōvinciae.
4. Marīa est grātiā plēna.
5. Gallia plēna Rōmānōrum erat.
6. Oppidum plēnum erat mīlitum et gladiōrum.
7. Prōvincia plēna est omnium rērum bonārum.
8. Caelum est plēnum glōriae Deī.
9. Cupidī sumus omnium rērum bonārum.
10. Fīnitimī Galliae erant.
11. Sānctī hominēs Chrīstō similēs sunt.



## EXERCISE 100

1. Nōmen Jēsū est Sānctum Nōmen.
2. Est nōmen nōbile et speī plēnum.
3. In nōmine Jēsū omnēs Chrīstiānī ōrant; Jēsūm omnēs laudant; Jēsū omnēs grātiās agunt; Jēsūm omnēs in Caelō cum Mariā vident.
4. In nōmine Jēsū prīmī Chrīstiānī Rōmānōs vīcērunt.
5. Propter Jēsūm Deus Pater prīmīs Chrīstiānīs praemium victōriae dedit.
6. Itaque Jēsūs Chrīstus est et Dominus et Rēx omnium hominum.

## EXERCISE 101

1. Chrīstiānī et Jēsūm Chrīstum et Māriam laudant.
2. Rōma est urbs et magna et nōbilis.
3. Caesar et glōriae et imperiī cupidus erat.
4. Primā lūce equitēs fortēs impetum in reliquōs hostēs fēcērunt.
5. Propter perīcula gravia et multa mīlitum vulnera Rōmānī iter breve in prōvinciam fēcērunt.

## EXERCISE 102

1. Quid vidētis in pictūrā? In pictūrā vidētis agmen Rōmānum.
2. Agmen longum est, sed vidētis partem agminis.
3. Vidētis signa legiōnum et gladiōs mīlitum.
4. Pars agminis est in ponte. Equitēs autem nōn sunt in ponte.
5. Vidētis imperātorem. Prīmus vēnit.
6. In agmine sunt impedīmenta. In impedīmentis est cōpia frūmentī et omnium rērum.
7. Vidēstis urbem et mūrūm altum.

EXERCISE 111, pp.106-107

PRAY ALWAYS!

Omnēs hominēs bonī ōrant sed hominēs malī nōn ōrant. Chrīstiānī in nōmine Chrīstī ōrant. Rēx bonus prō rēgnō et mīlitibus ōrat. Dux bonus prō mīlitibus ōrat. Et mīlitēs et nautae propter bellī perīcula ōrant. Et patrēs et matrēs prō filiīs ōrant. Filiī prō patribus et mātribus ōrant. Amīcī prō amīcīs ōrant. Chrīstus prō omnibus hominibus ōrat.

Cum<sup>1</sup> ōrāmus, Deum laudāmus. Omnēs Chrīstiānī Deum, fratrem omnium hominum, laudant, quod multās rēs bonās hominibus parat. Mīlitēs post victōriam et salūtem Deum laudant; patrēs et matrēs Deum propter pācem et filiōrum salūtem laudant.

EXERCISE 112, p.107

Rēgēs et dūcēs malī bellum parant. Rēx malus, glōriae et rēgnī cupidus, gladiōs et legiōnēs parat. Castra gladiōrum et frūmentī plēna parat. Urbēs et oppida fīnitima oppugnat et occupat. Mīlitēs rēgis malī et silvās et collēs occupant. Cupidī sunt victōriae sed nōn pācis. Deus autem mīlitibus et rēgibus malīs praemia nōn parat!

EXERCISE 113, p.107

Estis hominēs bonī. Itaque pācem et virtūtem laudātis et prō omnibus hominibus orātis. Bellum nōn parātis quod nōn estis glōriae et victōriae cupidī. Urbēs fīnitimās nōn oppugnātis; oppīda gentium fīnitimārum nōn occupātis; gladiōs et lēgiōnēs nōn propter bellum sed propter pācem parātis.

EXERCISE 126, p.113

1. Omnibus gentibus **Deus** vērītātem **dabit**.
2. Interim **imperātor** **centuriōnēs** in hīberna **vocābit**.
3. **Deus** **hominēs** **sanctōs** post mortem in Caelum **vocābit**.
4. **Prīncipēs** **reliquārum** **gentium** propter mortis metum **frūmentum** Rōmānīs **dabunt**.
5. **Servī** **frūmentum** in hīberna **portābunt**.
6. **Centuriō** **prīncipēs** in hīberna **vocābit**.

EXERCISE 129, p.115

1. Quis Caesarem post caedem principum Galliae laudabit?
2. Cūr senātum vocās?
3. Ubi sunt hiberna hostium?
4. Quis Deum nōn laudat?
5. Ubī sunt cōpiae Rōmānae?
6. Cūr locō alienō castra posuērunt?
7. Cūr urbēs aliēnās occupat?
8. Cūr gentēs aliēnae bellum parābant?
9. Cūr omnia loca occupābat?

EXERCISE 131, p.111

1. Cūr Deum laudāmus?

*Ans.* Deum laudāmus quod Deus bonus est et Dominus Caelī et terrae.

2. Cūr Rōmānī cum Gallīs pugnābant?

*Ans.* Rōmānī cum Gallīs propter caedem centurionum pugnābant.

3. Cūr Caesarem Rōmānī laudābant?

4. Cūr Chrīstiānī Spīritum Sānctum laudant?

5. Cūr Chrīstiānī Mariam laudant?

6. Cūr ōrāmus in nōmine Jēsū Chrīstī?

7. Quis magnam frūmentī cōpiam portābat?

8. Quid parat dux bonus?

*Ans.* Dux bonus parat gladiōs et frūmentī cōpiam.

9. Quis prō duce bonō pugnābit?

10. Quis servum vocābat?



*Ans. Dominus servum vocābat.*

11. Quis erat imperātor Rōmānōrum in Galliā?
12. Quis magna praemia hominibus bonīs dabit?
13. Quid in bellō occupant ducēs bonī?
14. Quis est Chrīstus?
15. Quis ōrat prō omnibus hominibus?
16. Ubi nunc ōrat Marīa?

*Ans. Marīa nunc ōrat in Caelō.*

17. Ubi est Deus?

*Ans. Deus est in Caelō et terrā et omnī locō.*

18. Ubi Caesar pugnābat?
19. Ubi sunt impedīmenta Rōmānōrum?
20. Ubi Deus praemium hominibus sāctis post mortem dabit?

EXERCISE 132, pp. 117-18

1. Pugnābantne semper Rōmānī?
2. Parābantne frūmentum post longum iter?
3. Montēs et silvās et flūmina Galliae laudābitis.
4. Pugnābantne in itinere Rōmānī cum Gallīs?
5. Erantne post bellum multa corpora in flūminibus et silvīs?
6. Suntne impedīmenta et legiōnēs in agmine?
7. Laudābāsne nōmen Marīae?
8. Propter vulnera longum iter nōn fēcērunt.
9. Superatne exercitus Rōmanus Gallōs?
10. Ōrābantne semper hominēs sānctī?

EXERCISE 140, p.122

1. Omnēs hominēs rēs difficilēs timent.
2. Propter rem gravem centuriōnēs imperātōrem monēbunt.
3. Clāmor hostium locīs difficilibus et angustīs legiōnēs terret.
4. Rēx malus rēs aliēnās habet.
5. Populus Rōmānus pericula gravia et rēs difficilēs nōn timēbat.
6. Multae gentēs arma nōn habent.

## EXERCISE 145, pp.126-27

### AN IMAGINARY LETTER FROM A CENTURION NAMED MARCUS

*Ego* nunc cum exercitū in Gallīa sum. Magnus exercitus in Gallīa est quod Gallī cum Rōmānīs pugnant. Caesar, homō fortis, est imperātor omnium legiōnum. Caesarem *ego* laudō quod dux bonus est—omnia videt; omnia parat.

*Ego* in periculō nunc nōn *sum*. *Nōs* in castrīs *sumus*. Hostēs castra Rōmānā nōn oppugnant quod fortēs nōn sunt. Galba *mēcum* in castrīs est. Homō bonus est et *mihi* amīcus.

*Nōs* saepe pugnā**amus** cum Gallīs et superā**amus**. Itaque nunc multī Gallī servī sunt et *nōbiscum* in castrīs sunt. *Nōbīs* frūmentum dant. Impedīmenta in castra portant et multās rēs *nōbīs* parant.

Post prīmam victōriam *mē* Caesar in castrīs propter virtūtem et fidem laudā**bat**. Primā lūce hostēs in *nōs* impetum fēcērunt. Et *ego* et Galba in primā aciē pugnā**amus**, et multī Gallī *nōbiscum* pugnā**ant**, sed *nōs* nōn terrē**ant**, nōn superā**ant**. Caesar *nōs* vidē**bat**. Itaque Caesar *nōs* propter virtūtem laudā**bat**. Magnam glōriam *ego* nunc habēo, et post bellum Caesar *mihi* magnum praemium da**bit**. Laudās**ne** filium? Valē!

## EXERCISE 148, pp.129-131

### AN EXAMINATION OF PROFESSED CHRISTIANS BY A ROMAN JUDGE

PROCONSUL: Esne tū Chrīstiānus?

1<sup>ST</sup> CHRISTIAN: Ego Chrīstiānus sum.

PROCONSUL: (To a second Christian) Et tū— esne tū Chrīstiāna?

2<sup>ND</sup> CHRISTIAN: Chrīstiāna et ego sum. Omnēs nōs Christiānī sumus.

PROCONSUL: Quid? Vōs omnēs Chrīstiānī estis?

1<sup>ST</sup> CHRISTIAN: Sumus.

PROCONSUL: Cūr vōs deōs Rōmānōrum nōn laudātis?

1<sup>ST</sup> CHRISTIAN: Nōs deōs Rōmānōrum nōn laudāmus quod vērī nōn sunt.

PROCONSUL: Vōs moneō! Sī deōs Rōmānōrum laudābitis, praemia vōbīs dabō—sed . . .

2<sup>ND</sup> CHRISTIAN: Metus mortis et vulnerum nōs nōn movet. Nōs laudāmus Dominum Caelī et terrae, “Rēgem Rēgum et Imperātōrem Omnium Gentium.” Chrīstus prō nōbīs orābat. Grātia Chrīstī in nōbīs est. Itaque quid nōs terrēbit? Tē nōn timēmus.

PROCONSUL: Chrīstus! Quis est Chrīstus? Rōmānī Chrīstum occīderunt quod malus homō erat.

1<sup>ST</sup> CHRISTIAN: Chrīstus est Fīlius Deī et tamen frāter omnium hominum.

PROCONSUL: Cūr vōs imperātorem Rōmānōrum nōn laudātis?

1<sup>ST</sup> CHRISTIAN: Nōs semper imperātorem Rōmānum laudāmus sed caedem hominum sānctōrum nōn laudāmus neque laudābimus. Tamen prō imperātōre semper ōrāmus et ōrābimus. Nōs Chrīstiānī—sicut Chrīstus nōs monēbat—prō omnibus hominibus, prō rēgibus, prīncipibus, mīlitibus, servīs ōrāmus.

PROCONSUL: Vōs tamen moneō! Post mortem quid vōs habēbitis?

1<sup>ST</sup> CHRISTIAN: Tū nōs nōn movēbis. Fidem et vērītātem Chrīstī nōs tenēmus et semper tenēbimus. Chrīstus est salūs hominum. In Chrīstō est spēs omnium gentium. Post mortem magnum praemium nōbīs dabit; nōs cum Chrīstō in Caelō Patrem et Fīlium et Spīritum Sānctum vidēbimus in saecula saeculōrum.

OTHER CHRISTIANS: Āmēn!

PROCONSUL: Ubi est Deus Chrīstiānōrum? Ego Deum Chrīstiānōrum nōn vidēbam neque vidēo.

2<sup>ND</sup> CHRISTIAN: In omnī locō est sed nunc nōs Deum nōn vidēmus. Deus corpus nōn est. Tamen post mortem tū vidēbis, neque tibi praemium dabit.

PROCONSUL: Mehercule! Monētisne vōs mē? Metus Deī Chrīstiānōrum mē nōn terret neque terrēbit. Ego autem imperium habeō! Vōs terrēbunt mīlitum Rōmānōrum gladiū!

CHRISTIANS: Gladius nōs nōn terret neque imperium mundī. Imperium autem Deī nōs terret et movet. In Deō est salūs.

PROCONSUL: Estisne omnēs Chrīstiānī?

CHRISTIANS: Nōs sumus Chrīstiānī omnēs.

PROCONSUL: Itaque omnēs hōs (*these*) Chrīstiānōs “gladiō animadvertī placet (“by the sword be punished it is decreed.”)

CHRISTIANS: Deō grātiās! Prō tē orābimus. Chrīstus nōs in Caelum vocat!



EXERCISE 151, pp.133-34

1. Caesarem laudābās. Itaque *is* tibi praemium dabit.
2. Caesar agmen hostium nōn videt. Monēbisne *eum*?
3. Mariā sāncta erat. Itaque Deus *eī* praemium dedit.
4. Hostēs in hiberna impetum fēcērunt. Mīlitēs autem fortēs impetum *eōrum* sustinēbant.
5. Mariā est Māter Deī. Itaque *eam* Chrīstiānī laudāmus.
6. Amīcus est in perīculō. Itaque prō *eō* ōrabimus.
7. Hostēs oppidum occupant. Tenēbuntne *id*?
8. Hostēs bellum parant, sed impetum *eōrum* sustinēbimus.
9. Caesar ducēs Gallōrum in hiberna vocat; sed *eī* nōn sunt amīcī senātūs et populī Rōmānī.
10. Mātrēs bonae sunt. Virtūs *eārum* magna est. Nōs *eās* semper laudāmus, et Deus *eīs* magna praemia dabit.

11. Caesar est imperātor Rōmānus, sed senātus virtūtem *ējus* nōn laudat.
12. Caesar oppidum Gallōrum occupābit, sed tū *eōs* nōn monēbis.
13. Multī hominēs sānctī sunt. *Eīs* Deus praemia dabit.
14. Chrīstus est filius Mariae et nunc in Caelō cum *eā* est.
15. Mīlitēs semper in perīculō sunt. Itaque prō *eīs* ōrāmus.
16. Caesar in castra est. *Eī* servus gladium dat.
17. Omnēs Gallī in armīs sunt. Spem victōriae in virtūte posuērunt. Equitēs *eōrum* fortēs sunt. Cōpia frūmentī in oppidīs *eōrum* est. Et pontēs et collēs tenent. *Ea* Caesar audivit; *eōs* tamen nōn timet.

EXERCISE 155, pp.126-27

VIRTŪS RŌMĀNA ET VIRTŪS CHRĪSTIĀNA

Mārcus Tullius Cicerō, ōrātor magnus et bonus, vēritātem et virtūtem saepe laudābat.

Dē virtūte “Virtūs propter sē,” inquit, “laudātur.”

In ōrātiōnibus hominēs bonōs saepe laudābat, malōs autem nōn laudābat.

Multī perīcula sustinēbat; mortem et gladiōs nōn timēbat; nōmen populī Rōmānī semper laudābat.

Cicerō tamen Chrīstianus nōn erat. (Post *ējus* mortem Chrīstus in terram venit.)

Itaque Cicerō, glōriae cupidus, sē saepe laudābat.

Omnēs Rōmānī saepe sē laudābant.

Senātus sē laudābat.

Etiam imperātorēs et dūcēs Rōmānī sē laudābant.

Hominēs sānctī autem nōn sē sed Deum laudābant, sicut Mariā, Māter omnium Chrīstiānōrum, sē nōn laudābat.

*Ea* post Annuntiātiōnem ōrābat:

*Magnificat anima mea Dominum  
... quia fecit mihi magna ...  
et sanctum nomen eius (est).*

Cicerō multa et gravia perīcula sustinēbat quod et bonus erat et glōriae cupidus.

Chrīstiānī autem perīcula sustinent quod Chrīstum sēcum habent.

Chrīstiānī enim Jēsūm Chrīstum in sē “portant.”

Itaque nōmen Chrīstiānōrum erat etiam “Chrīstophorī.”

## EXERCISE 159

1. Milēs Romanus hostēs videt. Hostēs autem eum nōn vident.
2. Mīles servum in castra mittit.
3. Servus Caesarem in castrīs monet. "Hostēs in flūmine sunt; perīculum nōbīs est!"
4. Caesar ducēs et centuriōnēs vocat.
5. Centuriōnēs mīlitēs vocant. Eōs prō castrīs instruunt.
6. Caesar mīlitēs ducit. "Hostēs nōs terrēbimus! Fortiter pugnābimus."
7. Interim hostēs mīlitem Rōmānum vident. Is autem sē fortiter dēfendit.

8. Vident hostēs legiōnem et Caesarem. Metus Caesaris eōs terret. "Caesar est! Superābit nōs! Perīculum est!" Prīcipēs hostium cōpās īnstruunt. Sē dēfendunt.
  
9. Rōmānī rem fortiter gerunt et hostēs superant. Hostēs sē Caesar dant.
  
10. Caesar mīlitēs et hostēs in castra dūcit; omnīs mīlitēs instruit et laudat.

EXERCISE 164, p. 144

1. Propter metum Rōmānōrum Gallī bellum cum eīs gerēbant. Rōmānī autem semper vincēbant.
2. Nōs frūmentum petēbāmus. Vōs frūmentum nōn mittēbātis.
3. Legiōnēs Rōmānae hostēs semper vincunt.
4. Caesar Gallōs pellit.

EXERCISE 167, p. 146

1. Vōs legiōnēs in castra mittētis.
2. Litterās dē multīs rēbus mittēmus.
3. Rōmānī cum Gallīs semper contendunt.
4. Ubi Rōmānī castra pōnent?
5. Ego frūmentum nōn mittam.
6. Mittēsne servōs?
7. Ibi castra pōnent.
8. Reliquī Gallī prīmā lūce in montēs contendunt.
9. Spem salūtis in virtūte pōnet.
10. Eōs in flūmen agam.
11. Senātus dē rē gravī aget.



EXERCISE 171, p. 148-49

1. Metus vōs terret.
2. Senātus conveniet.
3. Impetum sustinēbant.
4. Portum vident.
5. Equitatum timēbunt.
6. Castra pōnunt.
7. Dē victoriā contendent.
8. Oppidum mūniunt.
9. Centuriōnem vocābit.
10. Sē dēfendit.
11. Exercitum in Galliam mittet.
12. Per silvās veniēbant.
13. Dē rē agēbant.

14. Vōcem audit.

15. Spīritus Deī eum dūcit.

16. Bellum gerēbat.

17. Adventus Caesaris vōs terrēbit.

18. Deum laudat.

19. Collem occupābit.

20. Cōpiās īnstruit.

21. Vōs eōs superābitis.

22. Urbem oppugnābat.

23. Ōrātis.

24. Arma parābant.

25. Ego servōs nōn habēbam.

26. Vōs monēbō.

27. Pontem tenēbunt.
28. Signum portābunt.
29. Fortiter pugnant.
30. Gladiōs dabit.
31. Ego hostēs vicam.
32. Castra movētis.
33. Pācem petam.
34. Equitēs pellitis.
35. Ōrātiōnem audiēbant.

1. Ducēs oppida et pontēs saepe mūniunt.
2. Pars hostium per silvās venit; pars autem eōrum per prōvinciam venit.
3. Audīsne vōcēs servōrum?
4. Rōmānī propter commūnem salūtem longās viās per prōvinciās mūniēbant.
5. Clamōrem equitum audiēbāmus.
6. Imperātor in senātum veniet. Ōrātiōnem ējus senātus audiet.
7. Ducēs et prīncipēs Gallōrum in oppidum convenient.
8. Primā lūce senātus in locum tūtum convenient. Dē rē gravī aget.

9. Interim Caesar cum omnibus cōpiīs per prōvinciam veniēbat.
  
10. Equitēs Caesarem dē ējus perīculō monēbant. Itaque castra mūnit.

EXERCISE 176

1. Propter metum hostium in castrīs Caesaris sumus.
2. Undique erat clamor hostium.
3. Erat perīculum grave in prōvinciā.
4. Gallī semper sunt cupidī imperiī.
5. Omnēs hominēs cupidī sunt glōriae.
6. Erantne tēla in castrīs?
7. Undique erant montēs et silvae.
8. In Caelō cum Christō erimus.
9. Erantne montēs altī et difficilēs?
10. Caesar erat imperiī cupidus.
11. Estne Chrīstus fīlius et Mariae et Deī?
12. Estne Mariā grātiā plēna?
13. “Vōs autem omnēs fratrēs estis.”

14. Eratne Chrīstus in mundō propter nōs?
15. In silvīs nōn erāmus.
16. Caesar in primā aciē erat.
17. Erō fortis.
18. Eram in Galliā cum exercitū.
19. Esne eques? Esne miles?
20. Omnēs hominēs sānctī Christō similes sunt.

EXERCISE 181  
“A Dream of Judgment”

VOICE OF THE ANGEL: Quis es?

SECOND VOICE: Ego rēx sum. Rēgnum et imperium  
Rōmānōrum in terrā tenuī.

VOICE OF THE ANGEL: Petisne nunc praemium et  
glōriam?

SECOND VOICE: Ego petō. Ego magnam glōriam in terrā  
habuī et semper habēbō.

Mē omnēs hominēs laudāvērunt. Imperātor magnus fuī.

Multa bella fortiter gessi. Dux bonus, omnēs rēs parāvī;

frūmentum et arma parāvī; castra et oppida mūnīvī;  
mīlitēs īnstrūxī et collocāvī.



In mē mīlitēs spem semper posuērunt. Ego saepe in  
prīmā aciē cum mīlitibus pugnāvī.

Ego eōs per montēs et silvās dūxī.

In Galliā et in omnibus prōvinciīs cum hostibus  
contendī.

Mē metus hostium nōn mōvit neque terruit.

Fīnēs multārum gentium occupāvī.

Ego et multa oppida et magnās urbēs oppugnāvī.

Prōvinciās Rōmānās et eārum urbēs fortiter dēfendī.

Hostēs nōminis Rōmānī terruī atque impetus eōrum  
fortiter sustinuī.

Equitēs et mīlitēs in eōs mīsī—hostēs semper cessērunt.

Hostēs pepulī et in bellīs eōs superāvī et vīcī.

VOICE OF THE ANGEL: Homō sē fortiter laudat!

SECOND VOICE: Propter mē gentēs prōvinciīs finitimae legionēs Rōmānās timuērunt; eae saepe prīncipēs in castra Rōmānōrum dē pace mīsērunt.

Mēcum prīncipēs et rēgēs dē pace ēgērunt.

Mihi sē dedērunt. Prīncipēs Gallōrum in castra vocāvī. In castra convenerunt!

Frūmentum petīvī. Magnam cōpiam in castra portāvērunt.

Omnēs hominēs mē timuērunt. Omnēs gentēs nōmen rēgis Rōmānī audīvērunt.

VOICE OF THE ANGEL: Cūr cum multīs gentibus bellum gessistī? Cūr eās pepulistī, terruistī, vīcistī?

VOX REGIS: Propter glōriam et salūtem Senātūs Populique<sup>1</sup> Rōmānī!

THIRD VOICE: Nōn! Nōn propter ea! Sed quod cupidus fuit glōriae et imperiū!

Pācem nōn petīvit, sed gladiōs et bella et caedem petīvit.

Flūmina et silvās et oppida corporibus complēvit; mīlitēs et nautās caedī dedit quod SIBI glōriam petīvit.

Praemium eī dabō EGO.

VOX REGIS: Quis es tū?

THIRD VOICE: Aaah! Mē nōn vīdistī, sed nōn longē ā tē āfuī. Omnia vidī. Tē autem nōn monuī. Tēcum semper in terrā fuī—nunc mecum manebis in saecula saeculōrum!

## EXERCISE 183

1. Prīncipēs gentēs prōvinciae fīnitimās incitāvērānt quod victōriae cupidī erant.
2. Interim equitēs reliquōs Gallōs perturbāverant.
3. Chrīstiānī bonī fidem et vērītatem Chrīstī servāverant.
4. Imperātor urbēs et oppida incenderat.
5. Multī Gallī legiōnēs Rōmānās adjūverant.
6. Dux hostium collēs hominibus complēverat.
7. Equitēs agmen hostium perturbāverant.
8. Virtūs Rōmam servāverat.
9. Caesar et collēs et pontēs prīmā lūce occupāverat.
10. Senātus prōvinciam Caesarī dederat.

EXERCISE 187, pp. 164-65

1. Virī Rōmānī fortēs erant et fortiter cum hostibus pugnāvērunt. Ita Rōmam servāvērunt. Fortūna enim virōs fortēs adjuvat.
2. Multī hostēs trāns montēs in Italiam vērunt. Eōs tamen Rōmānī vicerunt.
3. Puer bonus est glōria māt̄ris. Omnēs enim patrēs et māt̄rēs puerōs bonōs semper laudant sed puerōs malōs nōn laudant.
4. Tum, post adventum exercitūs Rōmānī, erat magna frūmentī inopia in Galliā. Rōmānī enim frūmenta in agrīs incendērunt.
5. In Italiā erant agrī bonī, virī nōbilēs, puerī bonī.

**Imperātor Rōmānus** cum omnibus cōpiīs **in agrōs** hostium **vēnit**. Frūmenta incendit; oppida et urbēs oppugnāvit; virōs et puerōs in castra dūxit.

Italia **est** terra et magna et bona. Vidēsne Italiam in tabulā? **Estne** Italia magna? **Estne** longa? In Italiā **erat** Rōma, **urbs** et magna et **nōbilis**. Vidēsne Rōmam in tabulā? Rōma in flūmine Tiberī **est**. Vidēsne flūmen in tabulā? In Italiā **erant** multae et magnae urbēs, flumina longa, montēs altī. **Erant** etiam agrī frūmentōrum plenī. In agrīs Italiae Rōmānī multa bella cum finitimīs gentibus **gesserant** et tandem (*finally*) omnem Italiam **vicerant**. Ita imperium Italiae Rōmānī **tenuerunt**. In omnibus Italiae partibus omnēs virī et puerī **nōmen** Rōmānum et **laudābant** et **dēfendēbant**.

Alpēs **sunt** montēs magnī et altī. Vidēsne montēs in tabulā? Trāns Alpēs tum **erant** et Prōvincia Rōmāna et Gallia. Multī imperātōrēs trāns montēs in Italiam **vēnerunt**. **Hannibal**, vir fortis et **nōbilis**, **per montēs difficilēs** cum omnibus cōpiīs in Italiam **vēnit** et ita in Italiae agrīs cum Rōmānīs **bellum gessit**. Tum **Caesar** **legiōnēs Rōmānās** trāns montēs in agrōs Gallōrum **dūxit**. **Napoleon** etiam, **imperātor fortis**, cum magnīs cōpiīs trāns montēs in Italiam **contendit** et **omnem Italiam occupāvit**.

**Roma**, sicut in tabulā, **vidēs**, longē **abest** ā Galliā. In Galliā **erant** etiam **urbēs** et **oppida** et agrī **bonī**. **Erant** flūmina et **montēs**. **Eōs** in tabulā **vidēs**. **Vidēs** etiam **finēs** Prōvinciae Rōmānae. Ejūs **imperium** **Caesar tenuit** et cum Gallīs **bella gessit**. Post victōriās Caesaris **Rōmānī imperium** omnis Galliae **tenuerunt**.

1. Virī nōbilēs et līberī cīvitātem Americānam servāverunt.
2. Rōmānī, virī fortēs et līberī, Gallōs miserōs multīs proelīs vicērunt. Rōmānōs enim etiam fortūna adjūvit.
3. Ducēs legiōnēs integrās in prīmā aciē collocant.
4. Rōmānī oppida Gallōrum oppugnāvērunt; agrōs eōrum occupāverunt; frumenta incendērunt; principēs, ducēs, mātērēs, patrēs, virōs, puerōs, occīdērunt. Ita eōs vicērunt.
5. Hannibal, vir fortis et nōbilis, cum omnibus cōpiīs trāns montēs in agrōs Italiae contendit. Cum eō Rōmānī fortiter contendērunt. Urbēs et oppida Italiae dēfendērunt. Post multa proelia et magnam caedem Rōmānī eum superāvērunt. Ita glōriam nōminis Rōmānī servāvērunt.

## READING No. 5, pp. 171-72

### Roma Aeterna

Rōmānī spem salutis et victōriae semper in virtūte pōnēbant. In bellīs omnia parābant; oppida et castra mūniēbant; milītēs et equitēs habēbant; frūmentī cōpiam parābant.

Saepe ducēs et imperātorēs magni et nōbilēs erant. Sed nōn propter ea omnia Rōmānī vicērunt. Multae enim gentēs ea omnia habēbant sed hostēs nōn vicērunt. Rōmānī tamen hostēs multōs et magnōs vicērunt.

Hostēs saepe castra oppugnāverant, legiōnēs vicerant, agrōs et urbēs occupāverant. Senātus Populusque Rōmānus tamen pācem nōn petīvit. Principēs in senātū dē pāce nōn egērunt. Victōriae et imperiī et glōriae cupidī erant. Itaque Rōmānī hostēs semper vicērunt.

Victōria erat Rōmānōrum propter virtūtem Rōmānum. Itaque glōria nōminis Rōmānī magna fuit et Rōmam aeternam et Rōmānī et gentēs aliēnae laudāverunt.



## EXERCISE 197

1. Patrēs nostrī, virī et liberī et fortēs, multīs proeliīs cum hostibus contendērunt. Ita cīvitātem nostram et dēfendērunt et servāverunt. Itaque nunc cīvitātem et nōbilem et liberam habēmus.
2. Vobīscum dē salūte mīlitum vestōrum agēmus.
3. Tē propter caedem servōrum miserōrum nōn laudō neque virtūtem tuam laudō.
4. In prīmam aciem legiōnēs meās integrās mittam.
5. Oppida vestra et urbēs vestrās oppugnābimus. Frūmenta incendēmus. Puerōs vestrōs et mātērēs vestrās terrēbimus. Ita mīlitēs vestrōs vincēmus.
6. Bellum difficile et periculōrum plēnum est. Hostēs trāns montēs veniunt. In agrōs vestrōs veniunt. Cum eīs fortiter pugnābitis neque dē pāce cum eīs agētis. Fortūna etiam vōs adjuvābit.

EXERCISE 208, p. 187

1. Pāx ā mīlitibus saepe nōn cōservātur, nam glōriae bellī cupidī sunt.
2. Imperium ā Caesare, virō fortī et bonō, administrābitur.
3. Cōpia frūmentī ā servīs nōn cōservābātur.
4. Post proelium nōs ab imperātore cōfirmābāmur.
5. Laudantur sāctī hominēs ā virīs bonīs?
6. Rōma ab Americā longe abest.
7. Suīlvae ab equitibus occupābuntur.
8. Laudātur Senātus Rōmānus ā multīs virīs?
9. Omnēs rēs ā duce bonō administrābantur.
10. Centuriōnēs ab imperātore appellābantur.
11. Imperātor ā senātū vocābitur.

EXERCISE 210, p. 187-188

Q: Administrāturne mundus ā Deō?

A: Mundus ā Deō et cōservātur et administrātur.

Nam Deus in prīncipiō caelum et terram et omnēs rēs propter nōs hominēs fēcit et est hominum Pater.

Nōs hominēs ā Deō cōservāmur, et nōbīs omnēs rēs ā Deō dantur.

Vēritās et salūs nōbīs ā Deō dantur; frumentum et omnium rērum cōpia nōbīs ā Deō et parantur et cōservantur.

Itaque in mortis periculō ā nautīs Deus appellātur; in bellī periculīs ā mīlitibus appellātur; ā mātribus et patribus, ā virīs et puerīs, ā Chrīstiānīs et ab omnibus hominibus semper et in omnibus locīs appellātur.

Nam Deus bonus est, et hominēs ab Eō semper adjuvantur et cōfirmantur.

Itaque Deus semper ab hominibus bonīs et sāctīs laudātur, nam Pater omnium hominum est.

EXERCISE 216, pp. 193-94

1. Hostēs ab equitibus Rōmānīs saepe terrentur.
2. Impetus hostium ā mīlitibus fortibus sustinēbitur.
3. Multī puerī in agrīs vidēbantur.
4. Virī nōbilēs et magnī neque terrēbuntur neque superābuntur.
5. Collis mīlitibus integrīs complētur.
6. Reliquī hostēs ā Rōmānīs undique tenēbantur.
7. Postea signum ā centuriōne movēbitur.
8. Hostēs propter metum gravem terrēbantur.
9. Virī sāctī mortis metū nōn terrēbuntur.
10. Montēs altī undique ab Helvētiīs videntur.
11. Hostēs undique continentur.
12. Locus clāmōre miserōrum mīlitum complēbātur.

13. Postea imperium a Caesare obtinebatur.
14. Regnum a rege gloriae cupidō saepe obtinetur.
15. Pōns a militibus fortibus tenetur.
16. Gallī provinciae finitimī terrentur.
17. Propter metum mortis neque movebantur neque terrebantur.
18. Impetus sustinetur.
19. Legionēs Rōmānae nōn terrentur.
20. Rōmānī a Gallīs, virīs fortibus, nōn terrentur.
21. Omnēs militēs in castrīs continēbuntur.
22. Postea castra trāns flūmen movebuntur.
23. Puer terrebatur quod a patre et matre longē afuit.
24. Virī liberī nōn continēbantur.
25. Oppidum frūmentī plēnum obtinebitur.

EXERCISE 223, pp. 198-99

1. Prīncipēs hostium senātuī trāduntur.
2. Gallus occīditur.
3. Homō malus ā senātū occīdētur.
4. Italia ā Rōmānīs dēfenditur.
5. Gallī et pellentur et occīdentur.
6. Agmen in fīnēs hostium dūcitur.
7. Grātiae Deō aguntur.
8. Equitēs in gentēs fīnitimās dīmīttēbantur.
9. Vōs in Galliam mittiminī.
10. Rōma dēfendētur.
11. Servī saepe occīduntur.
12. Omnēs ferē gentēs fīnitimae vincuntur.

13. Agmen ā Caesare dūcitur.
14. Hostēs tamen vincentur.
15. Urbs hostibus nōn trādētur.
16. Equitēs in gentēs reliquās dīmīttuntur.
17. Castra tēlīs dēfendēbantur.
18. Rōmānī neque pellentur neque occīdentur.
19. Rēgēs glōriae cupidī cum gentibus fīnitimīs bellum saepe gerunt.
20. Frūmenta in agrīs saepe incenduntur.



EXERCISE 225, p. 200

1. Silvae saepe in bellō ab *hostibus* incenduntur.
2. Rōma *virtūte* legiōnum cōservābātur.
3. Centuriōnēs in omnēs ferē gentēs fīnitimās ā *Caesare* dīmittuntur.
4. Cōpiae Rōmānae ā *Gallīs* nōn pelluntur.
5. Virtūs mīlitum *spē* victōriae semper cōfirmātur.
6. Post proelium prīcipēs hostium ā *Rōmānīs* saepe occīdēbantur.
7. Prīcipēs ā *Caesare* nōn dīmittentur.
8. *Tēlīs* occīditur.
9. Mīles Rōmānus hostem videt. Eum *tēlīs* occīdit.

Mīlitēs undique dūcentur; castra in *colle* pōnentur; arma et frūmentum in *castra* portābuntur.

## EXERCISE 246

1. Frūmentum in castra ā servīs portātur nē inopia frūmentī sit.
2. Continetne mīlitēs in castrīs ut cōpiās novās exspectet?
3. In agrōs hostium venit ut eōs terreat.
4. Gallī diū et ācriter pugnant nē Rōmānī frūmenta incendant.
5. Virtūtem mīlitum ōrātiōne cōfirmat ut victōriae cupidī sint.
6. Praemia prīncipibus dat ut amīcitiam cum eōrum gentibus cōfirmet.
7. Gallī pugnant nē servī sint.
8. Centuriō frātre[m] adjuvat nē hostēs eum occīdant.
9. Castra vallō et fossā mūnit nē hostēs ea expugnent.

## EXERCISE 250

1. Multī hominēs in Italiam veniunt ut Rōman videant.
2. Hominēs celeriter convenient ut rēs novās et audiant et videant.
3. Mīlitēs diū et fortiter pugnant ut victōriae glōriam comparent.
4. Mīlitēs cum hostibus ācritē contendunt ut eōs pellant atque occidant.
5. Dominus malus ā servīs miserīs laudatur ut vitam eōrum servet.
6. Caesar, vir bonus et fortis, cum militibus in aciē saepe pugnat ut eōrum virtūtem cōfirmet.
7. Castra vallō et fossā ā Rōmānīs mūniuntur nē hostēs ea expugnent.
8. Dūcēs militibus saepe et grātiās agunt et praemia dant ut fortiter pungent.
9. Suntne imperatores saepe glōriae atque victōriae cupidī?

## EXERCISE 256

1. Caesar legiōnēs novās et integrās saepe exspectāvit ut hostēs facile vinceret.
2. Gallī oppidum vallō altō et fossā lātā mūnīvērunt nē Rōmānī id expugnārent.
3. Lēgātus centuriōnēs et tribūnōs mīlitum appellāvit ut fortiter et diū pugnārent.
4. Dūxitne Hannibal omnēs cōpiās trāns lāta flūmina et per montēs altōs ut cum Rōmānīs in Italiā bellum gereret?
5. Jēsūs Chrīstus, Deī Fīlius, in mundum vēnit ut vitam et salūtem nōbīs daret.
6. Gallī saepe lēgātōs in castra Caesaris mīsērunt ut pācem et amīcitiam peterent.

7. Concilium saepe ab imperātoribus vocātur ut dē rē gravī in conciliō agant.

8. Dux lēgātīs praemia dedit ut cōnsilium laudārent.

## EXERCISE 260

[Essential]

1. Laudaturne Deus ab omnibus s̄anctīs?
2. Gallī saepe obsidēs inter sē dedērunt ut p̄acem cōfirmārent.
3. Fortēs propter metum nōn cēdunt.
4. Caesar, vir fortis, omnia fortiter ēgit.
5. Caesar multa bella gessit ut imperātor et prīnceps esset.
6. Adjuvatne Deus fortēs.
7. Nostrī fortiter et ācriter semper pugnant ut līberam cīvitātem nostram cōnservent.
8. Fortēs fortūna adjuvat.
9. Nostrī cessērunt nē magna caedēs esset.
10. Omnia virtūte agō ut bonus servus Chrīstī sim.
11. Lēgātus in agrōs statim contendit nē longē ā proeliō abesset.

12. Sanctī labōrēs gravēs propter Chrīstum sustinent.
13. Hostēs equitēs in aciem statim mīserunt ut ordinēs nostōrum perturbārent.
14. Prīncipēs obsidēs inter sē dabant et pāx in Galliā esset.
15. Galliae semper inter sē dē imperiō omnis Galliae contendēbant.
16. Erat iter et difficile et angustum inter montēs et flūmen.
17. Ducēs inter sē in conciliō dē rē gravī agunt.

EXERCISE 267

1. In fines hostium pervēnērunt.
2. Ad flūmen pervēnērunt.
3. Ad flūmen pugnāvērunt.
4. Usque ad noctem pugnāvērunt.
5. Arma ad bellum ūtilia sunt.
6. Prīma lūce in castra perventum est.
7. Prīma lūce in castra pervēnit.
8. Erat inopia omnium rērum in hībernīs nostrīs.
9. Ad impedimenta ācriter pugnātum est.
10. Militēs ad omnia parātī erant.



## EXERCISE 272

1. Hostēs servum in castra Caesaris mīsērunt quī cōnsilia ējus cognōsceret.
2. Dux mīlitēs ad omnia parātōs in aciem dēdūxit quī hostium cōpiās sustinērent.
3. Nuntium ad tē mittam quī dē injūrīs tēcum agat.
4. Dux mīlitēs ad collem statim mīsīt quī eum vallō fossāque mūnīrent.
5. Mīsītne rēx ad Caesarem nuntium quī auxilium peteret?
6. Equitēs ad flūmen mīsīt quī locī nātūram cognōscerent.
7. Propter injūriās lēgātum mīsīt quī obsidēs occīderet.

## EXERCISE 275

1. Lēgātus custodēs ad flūmen statim collocāvit quō facilius pontem dēfenderent.
2. Ducēs Rōmānī agrōs Gallōrum vastābant nē diūtius bellum gererent.
3. Caesar centuriōnēs et tribūnōs mīlitum saepe appellābat quō diūtius pugnārent.
4. Imperātor auxilium in prīmam aciem mīsīt quō diūtius et facilius mīlitēs hostēs pellerent.
5. Equitēs ad mūrūm appropinquāvērunt; mīlitēs autem portae appropinquāvērunt.

EXERCISE 283

1. Valēsne?
2. Num mīlitēs sine certā spē fortiter pugnant?
3. Nōnne legionēs Rōmānae barbarōs facile superāvērunt?
4. Nōnne virī quī fortes sunt apud barbarōs plūrimum valent?
5. Num amicus certus et fortis facile cernitur?
6. Nōnne vir fortis in mortis perīculo facile cernitur.
7. Nōnne victoriās legiōnum Rōmānārum laudābis?
8. Num Columbus sine magnō labōre ad terrās novās pervēnit?

9. Vīdistīne Rōmam? Veniēsne in Italiam ut eam videās?
10. Nōnne ācriter pugnābimus ut cīvitātem nostram dēfendāmus?
11. Nōnne Caesar plūrimum apud Rōmānōs valebit?
12. Num imperatorēs apud Americānōs plūrimum valent?
13. Nōnne amīcī apud amīcōs plūrimum valent?

EXERCISE 291, p. 276

1. Propter quās injuriās nōs bellum cum Japōnibus gessimus?
2. Quis nuntius quem omnēs memoriā tenēmus per oppida contendit ut omnēs adventum Britannōrum expectārent?
3. Quis imperātor Americānus trāns flūmen quod Delaware vocāmus exercitum trādūxit ut ad castra hostium clam pervenīret?
4. Cui gentī gratiās Americānī ēgimus propter auxilium quod in primo nostrō bellō ad nōs misit?
5. Quis dux cōpiās nostrās in Bataan dēdūxit quō diūtius cum Japōnibus pugnāret?

6. In quō bellō hostēs urbem Washington incendērunt?

7. Quem ducem mīlitēs “Stonewall” appellāvērunt?

8. Quī Gallī prīmī viderunt flūmen quod Mississippi vocāmus?

EXERCISE 299, pp. 299-300

1. Lēgātus quaesīvīt quantam aquae cōpiam mīlitēs habērent.
2. Lēgātus quaesīvīt ubi hostēs *cōstitissent*.
3. Barbarī quaesīvērunt quantam mīlitum cōpiam Rōmānī *coēgissent*.
4. Barbarī quaesīvērunt ubi Rōmānī castra *posuissent*.
5. Quaesīverat quae *esset* nātūra montis.
6. Quaesīverat quantum obsidum numerum lēgātus *coēgisset*.
7. Quaerēbat quī portūs *essent* in eīs locīs.
8. Quaerēbant num hostēs collēs *occupāvissent*.
9. Rōmānus, “Quaerō,” inquit, “num Deus vester *sit* Deus vērus.”

1. Agrōs atque urbēs *suās* dēfendēbant.
2. Fortiter *sē* dēfendunt.
3. Post Caesaris victōriam atque *suōrum* prīncipum caedem, hostēs *sē suaque* omnia eī dēdidērunt.
4. **Barbarī** post equitum *suōrum* caedem fugā **salūtem** **petīvērunt**.
5. Nōnne mātērēs filiōs *suōs* diligunt?
6. Barbarī fugā montēs petīvērunt, at magnus *eōrum* numerus in fugā ab equitibus Rōmānīs occīsus est.
7. Gallī legātōs ad Caesarem mīsērunt quī auxilium peterent. Itaque Caesar ad eōs mīsīt equitēs quī finēs *eōrum* dēfenderent.
8. Dīligite, frātrēs meī, Deum. Deus enim pācem *suam* vōbis dabit.



9. Laudāvitne Caesar virtūtem *suorum*?
10. Etiam hostēs saepe fortiter pugnāvērunt. Itaque Caesar virtūtem *eorum* laudāvit.
11. Gallī saepe equitēs ad Caesarem mīsērunt quī cum cōpiīs *ejus* pugnārent.
12. Lēgātus nuntium dē perīculō *suō* ad Caesarem mīsīt.  
Itaque Caesar statim omnēs cōpiās *suās* in finēs barbarōrum clam et celeriter dēdūxit.

## Reading 25, pp. 322-324

( . . . bottom 323. . . )

Cum vērō ea ā mīlitibus audīta essent, trēs fortes virī clam ad castra hostium pervēnērunt ut aquam ad rēgum portārent.

Magnum erat perīculum, tamen ā custōdibus hostium vīsī nōn sunt.

Itaque aquam ad rēgem tūtī portāverunt et eī dedērunt.

Rēx vērō, cum aquam vīdisset, eōrum vitūte et amīcitiā vehementer mōtus est.

Per loca enim perīculōrum plēna in castra hostium pervēnērunt ut ad eum aqua portārētur.

Scīvit rēx quantō in perīculō propter sē fuissent.

Itaque eīs grātiās ēgit sed aquam in terram Dominō libāvit.